## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Diſs. 773, 2.
Vol XXXVI
8

# [P]OSITIONES THEOLOGICAE DE FINE ULTIMO, AC BEATITUDINE HOMINIS SUPERNATURALI, AD QUAM TENDIT PER ACTUS HUMANOS ATQUE EXACTAM LEGUM OBSERVANTIAM,

PRO EXERCITIO QUODAM LINGUARUM
HEBRAICAE AC GRAECAE
TEXTU ORIGINALI ILLUSTRATAE,
AC
PUBLICO TENTAMINI EXPOSITAE
A
FF. B. V. M. DE MONTE CARMELO EXCALCEATIS
IN SUO AD S. NICOLAUM
CONVENTU MONACENSI
ANNO REPARATAE SALUTIS 1796.
Die 14. Aprilis
poſt Meridiem a ſecunda ad quartam.

*Cum adprobatione Reverendiſſimi Ordinariatus Friſingenſis & Superiorum Ordinis.*

MONACHII, FRANZIANIS LITERIS.

Digitized by Google

OSITI

...OLO

DE

...NE UL...

AC

BEATITUDINE

SUPERNATURALI

TENDIT PER ACTU

ATQUE EXACTA

OBSERVAN

...QUODAM

HEBRAICAE AC

TEXTU GRAECI IL

AC

PUBLICO TERMIN...

FF. B. V. DE

CARMELO CA

IN SUO A...

CONVENTU

ANNO REPARATAE

Die 14

post Meridiem a ...

*Cum approbatione Rever...*

*...& Superi...*

MONACHII, FRANZ...

Google

oogle

Digitized by Google

OS

THE

FINE

BEATIT
SUPERNA
TENDIT PE
ATQUE
OBSE

PRO EXERCITI
HEBRAICA
TEXTU ORIG

PUBLICO TEN

FF. B. V. M
CARMELO

IN SUO AD S
CONVENTU
ANNO REPARA

Die
poſt Meridiem
Cum approbatione
Friſingenſis &

MONACHII, F

Digitized by Google

Diſs.
773,
2.

# OSI
## THEO

# FINE

BEATITU
SUPERNAT
TENDIT PE
ATQUE E
OBSE

PRO EXERCIT

HEBRAICA
TEXTU ORIG

PUBLICO TENT

FF. B. V. M.
CARMELO
IN SUO A
CONVENTU
ANNO REPARA
Die 1
poſt Meridiem a
*Cum adprobatione Re*
*Friſingenſis & S*

MONACHII, FR

oogle

Diſs.
773, 2.

8

# POSITIONES
## THEOLOGICAE
DE
# FINE ULTIMO,
AC
## BEATITUDINE HOMINIS
SUPERNATURALI, AD QUAM TENDIT PER ACTUS HUMANOS ATQUE EXACTAM LEGUM OBSERVANTIAM,

PRO EXERCITIO QUODAM LINGUARUM
## HEBRAICAE AC GRAECAE
TEXTU ORIGINALI ILLUSTRATAE,
AC
PUBLICO TENTAMINI EXPOSITAE
A
## FF. B. V. M. DE MONTE CARMELO EXCALCEATIS
IN SUO AD S. NICOLAUM
CONVENTU MONACENSI
ANNO REPARATAE SALUTIS 1796.
Die 14. Aprilis
poſt Meridiem a ſecunda ad quartam.

*Cum adprobatione Reverendiſſimi Ordinariatus Friſingenſis & Superiorum Ordinis.*

---

MONACHII, FRANZIANIS LITERIS.

Digitized by Google

Latinae linguae homines duabus alis ad ſcripturarum divinarum cognitionem habent opus; hebraea ſcilicet & graeca, ut ad exemplaria praecedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit latinorum interpretum infinita varietas S. Aug. l. 2. de Doct. Chriſt. c. II.

---

## Num. 1506.

Poſitiones Theologicae de fine ultimo, ac beatitudine hominis ſupernaturali etc.

*Imprimantur,*

Reichsfreyh. v. Schneider,
auf Regelsfürſt.
Mppr. Director.

München im Churfl. Bücher-
Cenſur - Collegio den 3ten
Hornung 1796.

Regiſtr. fol. 184.

Chriſtoph von Schmöger,
Sekretär.

# §. I.

## DE FINE ULTIMO HOMINIS, AC EJUSDEM BEATITUDINE SUPERNATURALI.

I. Finis dicitur id, cujus gratia aliquid fit; ſeu propter quod cauſa efficiens & intelligens operatur. Hinc homo in quantum operatur ut homo, in omnibus ſuis actionibus finem intendit. Cumque finis ille ultimus dicatur, in quem caeteri omnes referuntur, impoſſibile eſt, ut homo eodem actu plures ultimos fines efficaciter intendat *).

*) 1. Reg. 18. v. 21. עד־מתי אתם פסחים על־
שתי הסעפים אם־יהוה האלהים לכו אחריו
ואם הבעל לבו אחריו



Digitized by Google

Matth. 6. v. 24. ουδεις δυναται δυσι κυριοις δυλευειν.

II. Ad Deum autem referuntur omnia, quia ipſe primus motor & ſummum bonum: ipſe ergo ſolus finis hominis ſimpliciter ultimus eſt *). Proin in nullo bono creato, ſed in ſolo Deo homo vere beatus. Hinc S. Aug. l. 13. conf. c. 8. *Male mihi eſt praeter te Deus, non ſolum extra me, ſed & in me ipſo, & omnis mihi copia, quae Deus meus non eſt, egeſtas.*

*) Apoc. 22. v. 13. Εγω ειμι το Α και το Ω, αρχη και τελος, ὁ πρωτος και ὁ εσχατος.

III. Beatitudo haec, licet adhuc ſit imperfecta, & in ſincerae charitatis actibus conſiſtat, in hac vita admittenda eſt, in altera tamen aeternam perfectamque ſperamus *), quam cum D. Th. in clara Dei viſione repoſitam tuemur.

*) 1. Cor. 13. v. 12. Βλεπομεν γαρ αρτι δι εσοπτρυ εν αινιγματι, τοτε δε προσωπον προς προσωπον.

IV.

Digitized by Google

IV. Ut autem Beati intuitive Deum videant, intellectus eorum lumine gloriae elevandus eſt; & ſic ipſum ut ſummum & purum bonum cognoſcunt *); ex cujus perfecta cognitione oritur in illis intenſiſſimus, immo & quoad exercitium neceſſarius amor; uti & gaudium ſummum ac aeternum; nec non impeccabilitas, & quidem ut ſcholae loquuntur ab intrinſeco dimanans.

*) 1. Jois. 3. v. 2. ὅτι οψομεθα αυτον καθως εστι.

V. Viſio tamen haec beatifica in omnibus haud erit aequalis *), ſed alij aliis perfectius & clarius pro meritorum diverſitate, & majori minorive lumine gloriae, Deum intuebuntur.

*) 1. Cor. 15. v. 41. αστηρ γαρ αστερος διαφερει εν δοξη· ουτω και ἡ αναστασις των νεκρῶν.

VI. Anima juſti ab omni naevo immunis excepta in judicio particulari aeternae ſuae ſalutis ſententia mox beatitudinem

dinem ſuam conſequetur. Nec contrarium unquam docuit, multo minus definivit Joannes 22.

VII. Quodſi vero animabus juſtorum poſt mortem nonnihil expiandum ſuperſit, illud poenis prius expurgare tenentur, quod nonniſi in purgatorio contingit. Ejusmodi autem animas vivorum precibus & ſuffragiis juvari poſſe S. Scriptura *), & SS. Patres teſtantur.

*) 2. Mach. 12. v. 46. ὁσια και ευσεβὴς ἡ επινοια. ὁθεν περι τῶν τεθνηκοτων τον ἐξιλασμον εποιησάτο, τῆς ἁμαρτίας ἀπολυθῆναι.

VIII. Ne vero & altera pars hominis incoronata maneat, corpora mortuorum omnium aliquando reſurgent *).

*) Job. 19. v. 25. ואני ידעתי גאלי חי ואחרון
על־עפר יקום׃ ואחר עורי נקפו־זאת
ומבשרי אחזה אלוה׃ אשר אני
אחזה־לי ועיני ראו ולא זר

1. Cor.

1. Cor. 15. v. 52. Ἐν ατομῳ, εν ῥιπῇ οφθαλμȣ̃, εν τῇ εσχατῃ σαλπιγγι, (σαλπισει γαρ) και οἱ νεκροι εγερθησονται αφθαρτοι, και ἡμεῖς αλλαγησομεθα.

*IX. Omneſque omnium ſaeculorum homines ad Tribunal ſummi Judicis ſtabunt *). Pii ad dextram, impii ad ſiniſtram ejus finalem in ſe latam excipient ſententiam, & ibunt hi in ſupplicium aeternum **), juſti autem in vitam aeternam. Hinc regnum Millenarium Chriſti in terris, quod judicium univerſale praeceſſurum dicitur omnino fictitium eſt.

*) Joel. 3. v. 17. יעורו ויעלו הגוים אל־עמק יהושפט כי שם אשב לשפט את־כל־ הגוים מסביב׃

**) Daniel. 12. v. 2. ורבים מישני אדמת־עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפות לדראון עולם׃

**) Matth. 25. v. 46. και απελευσονται ȣ̃τοι εις κολασιν αιωνιον· οἱ δε δικαιοι εις ζωην αιωνιον.

§. II.

Digitized by Google

## §. II.

# DE ACTIBUS HUMANIS,

### QUEIS HOMO IN STATU NATURAE REPARATAE AD FINEM SUUM ULTIMUM TENDIT.

I. Actus humanus ille dicitur, qui deliberate a voluntate hominis procedit; involvitque tria, ſcilicet eſſe voluntarium, liberum, & morale. Quid violentia, Metus, Ignorantia & Concupiſcentia, ac quomodo obſtent voluntario, declarabimus quaeſiti.

II. Liberum hominis arbitrium, ſeu libertas, facultas dicitur, qua poſitis omnibus ad agendum requiſitis poteſt agere vel non agere. Hac libertate gaudet homo etiam in ſtatu naturae lapſae non ſolum in naturalibus, ſed & ſupernaturalibus, ita ut a coactione nonminus ac a neceſſitate liber ſit *).

*) Gen. 4. v. 7. הלוא אם־תיטיב שאת ואם
לא תיטיב לפתח חטאת רבץ ואליך
תשוקתו ואתה תמשל בו׃

*) Matth.

*) Matth. 23. v. 37. ποσακις ἠθελησα επισυναγαγειν τα τεκνα σου, ὁν τροπον επισυναγει ορνις τα νοσσια ἑαυτῆς ὑπο τας πτερυγας, και ουκ ηθελησατε.

III. Actiones humanae fini ſuo con- vel diſconvenientes, earundem actionum moralitatem, ſeu bonitatem vel malitiam moralem conſtituunt. Moralitas itaque definitur: Actionis liberae ad fixas morum regulas Relatio. Hinc omnis actio humana & individua cum deliberatione ſuſcepta ſuam Moralitatem habet; & in genere moris neceſſario vel bona vel mala eſt, ita ut media inter utramque ſeu actio in individuo indifferens admitti nequeat *).

*) 1. Cor. 10. v. 31. Ειτε ουν εσθιετε, ειτε πινετε, ειτε τι ποιειτε, παντα εις δοξαν Θεου ποιειτε.

IV. Actus humanus ſuam bonitatem aut malitiam moralem accipit ab objecto *), fine

*) Oſeae 9. v. 10. ויהיו שקוצים כאהבם׃

ſine **), & circumſtantiis ***), ita, ut actus moraliter bonus nonniſi ex concurſu omnium ſimul ejus perfectionum reſultet; actus vero aliqua tantum ex parte legi difformis, jam moraliter malus evadat.

**) Matth. 6. v. 2. Ὁταν ȣν ποιῃς ελεημοσυνην, μη σαλπισῃς εμπροσθεν σȣ - - - αμην λεγω ὑμῖν απεχȣσι τον μισθον ἀυτῶν.

***) Petrus legalia importune obſervans ad Gal. 2. v. 11. Κατεγνωσμενος ἦν.

Et v. 14. ὅτι ȣκ ορθοποδȣσι προς την αληθειαν τȣ ευαγγελιȣ.

## §. III.
## DE CONSCIENTIA,
### SEU REGULA MORALITATIS INTERNA AC PROXIMA.

I. Regula morum interna ac proxima, conſcientia audit; eſtque judicium actuale practicum dictans, quid in particulari agen-

agendum ſit, vel omittendum. Praecipua, quam ſuſtinet, diviſio eſt in rectam, erroneam, probabilem, dubiam ac ſcrupuloſam.

II. Obligamur ſequi conſcientiam rectam *), uti ac invincibiliter erroneam**); Neutiquam vero vincibiliter erroneam; neque tamen contra illam agere permiſſum eſt, ſed tenemur veritate melius perquiſita illam deponere.

*) Luc. 12. v. 47. Εκεινος δε ὁ δȣλος ὁ γνȣς το θελημα τȣ κυριȣ ἑαυτȣ, και μη ἑτοιμασας μηδε ποιησας προς το θελημα αυτȣ, δαρησεται πολλας.

**) Ad Rom. 14. v. 23. παν ὁ ȣκ εκπιστεως, ἁμαρτια εστι.

III. Conſcientiam, ſeu opinionem tenuiter probabilem ſequi nefas eſt, requiritur enim certum conſcientiae dictamen *), ſufficit autem certitudo moralis, quin neceſſaria ſit certitudo phyſica

*) Eccli. 37. v. 20. Αρχη παντος εργȣ λογος, και προ πασης πραξεως βȣλη.



Digitized by Google

ca aut metaphyſica, utpote in moralibus ſemper impoſſibiliter habenda; hinc conſcientiam vere ac practice probabilem, cum probabilior haberi nequeat, omnino licet ſequi.

IV. At amplecti ſententiam minus probabilem, relicta probabiliori, ubi agitur de peccato vitando, non eſt licitum *); Neque ſtante conſcientia practice dubia agere poſſumus **), aut certe pars tutior tenenda eſt.

*) Deut. 26. v. 16. היום הזה יהוה אלהיךמצוך לעשות את־החקים האלה ואת המשפטים ושמרת ועשית אותם בכל־לבבך ובכל־נפשך׃

**) 1. Theſs. 5. v. 22. Απο παντος ειδȣς πονηρȣ απεχεσθε.

V. Conſcientia demum ſcrupuloſa omnino deponenda eſt. Signa, queis vere ſcrupuloſi ſecerni poſſint, ab iis, quorum conſcientiam praecedentis vitae deordinatio nondum retractata, aut emen-

data,

data, ſtimulis acerrimis jure exagitat, & media ſcrupuloſis praeſcribenda dabimus requiſiti.

## §. IV.

## DE LEGIBUS,

### SEU REGULA MORALITATIS EXTERNA ET REMOTA.

I. Lex Regula moralitatis externa & remota dicitur; eſtque ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet, animo ſtabiliter obligandi promulgata. Hinc Legislator ſolus ſuperior legitimus; ſubjectum Legis ſubditus intellectus & voluntatis ſuae uſu praeditus; objectum vero ſunt actiones liberae.

II. Lex moralis omnium prima voluntas Dei eſt *), utpote ipſa Lex Dei aeter-

*) Prov. 8. v. 15. בי מלכים ימלכו ורזנים
יחוקקו צדק :

aeterna, totis viribus ſcrutanda nobis & inquirenda **), quae per lumen rationis naturale manifeſtata hominibus, Lex naturae compellatur.

**) Pſal. 119. v. 2. אשרי נצרי עדתיו בכל־ לב ידרשוהו׃

III. Datur itaque Lex naturalis *), quae juxta S. Aug. l. 83. queſt. q. 53. eſt *ipſius Legis aeternae, atque adeo ſummae, & immutabilis rationis divinae in mentibus hominum facta transſcriptio;* hominesque omnino obligat **). Nec επιικεια in ea locum habet; nec Deus ipſe proprie diſpenſare poteſt.

*) Rom. 2. v. 14. Ὁταν γαρ εθνη τα μη νομον εχοντα, φυσει τα τȣ νομȣ ποιῇ, ὗτοι νομον μη εχοντες, ἑαυτοῖς εισι νομος.

**) Matth. 7. v. 12. παντα ȣ̃ν ὁσα αν θελητε ἱνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ανθρωποι, ȣ̃τω και ὑμεῖς ποιειτε αυτοῖς.

IV. Praeter Legem naturalem datur & Lex poſitiva, quae vel divina vel hu-



Digitized by Google

mana eſt; divina alia veteris, alia novi teſtamenti; humana vel Eccleſiaſtica, vel civilis eſt. Lex illa poſitiva V. T. ipſum Deum Authorem ac Legislatorem habuit *), eratque moralis, ceremonialis, ac judicialis **), proin & bona, ac ſapientiſſime inſtituta ***).

*) Exod. 20. v. 1. וידבר אלהים את כל־ הדברים האלה לאמר׃

**) Deut. 5. v. 31. ואתה פה עמד עמדי ואדברה אליך אתכל־המצוה והחקים והמשפטים אשר תלמדם׃

***) Rom. 7. v. 12. Ὥστε ὁ μεν νομος ἅγιος, και ἡ εντολη ἅγια και δικαια και αγαθη.

V. Lex V. T. ceremonialis aeque ac judicialis, licet ſancta ac juſta, umbra tamen & figura futurorum, abrogari debuit *).

*) Deut. 18. v. 15. נביא מקרבך מאחיך כמני יקים לך יהוה אלהיך אליו תשמעון׃

*) Foedus Novum, Jerem. 31. v. 31. הנה ימים באים נאם־יהוה וכרתי את־בית ישראל ואת־בית יהודה ברית חדשה׃

*) No-

Digitized by Google

*) Novum ſacrificium, Malach. 1. v. 10.
אין־לי חפץ
בכם אמר יהוה צבאות ומנחה לא־ארצה
מידכם : etc.

VI. Reipſa etiam Lex illa in Morte Chriſti abrogata fuit *), quin tamen ſtatim facta fuerit mortifera **)

*) Heb. 7. v. 12. Μετατιθεμενης γαρ της ἱερωσυνης, εξ αναγκης και νομȣ μεταθεσις γινεται.

**) S. Paulus circumcidit Timotheum, Act. 16. v. 3. και λαβων περιετεμεν αυτον.

VII. Legem Dei poſitivam V. T. inſecuta tandem eſt poſitiva Lex divina N. T. *), quae eſt: promulgata in tempore Dei voluntas libera inducens obligationem credendi & agendi ſecundum finem a Chriſto Legislatore intentum.

*) Heb. 1. v. 1. Πολυμερῶς και πολυτροπως παλαι ὁ Θεος λαλησας τοῖς πατρασιν εν τοῖς προφηταις, επ' εσχατων τῶν ἡμερῶν τȣτων ελαλησεν ἡμῖν εν ὑιῷ.

*) Heb.

Digitized by Google

*) Heb. 9. v. 15. Και δια τυτο διαθηκης καινης μεσιτης εστι.

VIII. Praecepta legis novae varia ſunt, illud enim fidei *), dein praecepta moralia & ceremonialia occurrunt **).

*) Heb. 11. v. 6. Χωρις δε πιστεως αδυνατον ευαρεστῆσαι· πιστεῦσαι γαρ δει τον προσερχομενον τῷ Θεῷ.

**) Ex ſermone in monte habito Matth. V. usque ad Cap. XI., ubi perfecta adſtruitur complexio officiorum moralium.

IX. Lex denique nova univerſalis eſt*), usque ad finem mundi duratura **), atque vel ideo cuivis chriſtiano ſumme aeſtimanda, & practice adimplenda***).

*) Mar. 16. v. 15. πορευθεντες εις τον κοσμον ἁπαντα, κηρυξατε το ευαγγελιον πασῃ τῃ κτισει.

**) Matth. 24. v. 14. Και κηρυχθησεται τυτο το ευαγγελιον της βασιλειας εν ὁλῃ τῃ οικυμενῃ, ... μαρτυριον πᾶσι τοῖς εθνεσι· και τοτε ἡξει το τελος.



Digitized by Google

***) Heb. 10. v. 22. προσερχώμεθα μετ' αληθινῆς καρδιας εν πληροφορια πιστεως.

X. Chriſtus dedit & Eccleſiae Rectoribus poteſtatem ferendi Leges eccleſiaſticas *), quae & per ſe ſubditos obligant in conſcientia **).

*) Matth. 16. v. 19. Και δωσω σοι τας κλεις τῆς βασιλειας τῶν ȣρανων, και ὁ εαν δησῃς επι τῆς γῆς, εσται δεδεμενον εν τοῖς ȣρανοῖς.

**) Lucae 10. v. 16. Ὁ ακȣων ὑμῶν, εμε ακȣει· και ὁ αθετῶν ὑμᾶς, εμε αθετεῖ.

XI. Sed & poteſtas politica ferendi leges a Deo eſt *), ac obligat ſub peccato **).

*) Rom. 13. v. 1. Ου γαρ εστιν εξȣσια ει μη απὸ Θεȣ̃· ἁι δε ȣ̃σαι εξȣσιαι, ὑπο τȣ̃ Θεȣ̃ τεταγμεναι εισι.

**) Rom. 13. v. 5. Διο αναγκη ὑποτασσεσθαι, ȣ μονον δια την οργην, αλλα και δια την συνειδησιν· & v. 7. τῷ τον φορον,

φορον, τον φορον· τῷ το τελος, το τελος.

XII. Omnis pariter Lex tam eccleſiaſtica quam civilis, ab acceptatione populi haud dependet *).

*) Rom. 13. v. 2. Ὥστε ὁ αντιτασσομενος τῇ εξουσιᾳ τῇ του Θεου διαταγῇ ανθεστηκε.

O. A. M. D. G.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google